

Stephanus Galdeti

*⟨Questio fratris Iohannis de Regno
utrum Christus satisfacere potuit
pro peccato primorum parentum⟩*

Editor: Alexander Baumgarten; Chris Schabel

work in progress
17.11.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

⟨**Questio fratris Iohannis de Regno utrum Christus
satisfacere potuit pro peccato primorum parentum**⟩

|| Utrum Christus satisfacere potuit pro peccato primorum parentum. P1 163v

5 Primo quod non. Christus non debuit satisfacere vel non fuit debitum nec congruum Christum satisfacere pro peccato primorum parentum, igitur non potuit etc. Consequentia nota est, quia peccatum non fecit *nec inventus est dolus in ore eius*, 1 Petri 2, quonymmo *omnia bene fecit*, Marci 7. Et antecedens probatur, quia ipsum satisfacere pro peccato
10 primorum fuit superfluum, cum ante eius passum satisfactum esset, alias fuissent in illo mortui ac dampnati, cuius oppositum credimus fore verum.

Ad oppositum arguere per actoritates multas. Ipse enim ad hoc venit ut evangelica testatur ystoria. Unde Matthei 18: *Venit Ihesus querere et*
15 *salvum facere quod perierat*. Appostolus ad Colossenses 5: *Delevit quod adversus nos erat cirographum decreti et ipsum tulit de medio affigens illud cruci*.

Quia loquimini de duobus, de merito Christi et de eius satisfactione, de primo dicitis quod meruit pro infinitis cincategorematiche, de secundo,
20 quod satisfecit de peccato.

Arguo contra utrumque. Contra primum, Christus pro solis predestinatis meruit, igitur non pro infinitis cincategorematiche. Consequentia tenet, quia certus est numerus electorum. Propterea Salvator Iohannis 13: *Scio quos elegerim*. Unde *quos prescivit hos*
25 *predestinavit*, ad Romanos 8. Antecedens vero probo, videlicet quod Christus solis vel pro solis predestinatis meruit salutem, tripliciter.

Primo sic: solos predestinatos voluit salvari, igitur solos predestinatos voluit salvare, igitur solos predestinatos venit salvare, igitur pro illis solis meruit salutem. Antecedens primum apparet, quia si prescitos voluit
30 salvari, voluit eos esse predestinatos, igitur voluit eos esse prescitos, quod est impossibile.

Secundo ad idem, arguo sic: Christus pro solis predestinatis fecit ut salvarentur, igitur pro solis predestinatis meruit salutem. Consequentia apparet per quid nominis, nam mereri pro aliquibus salutem est facere

3 potuit | *sup. lin. P1* **21** primum | *secundum add. P1* **23** electorum |
unde *add. sed del. P1* **27** salvari | *sup. lin. P1* **30** predestinatos | quod
fuit notabile si *add. sed del. P1*

aliquid ut salventur. Et antecedens apparet, quia non egit aliquid pro prescitis ut salvarentur, nullus enim agit aliquid ad finem non futurus venire, 2 *Metaphisice*; pro illis autem non erat ad finem futurus venire; igitur etc.

5 Tertio sic: Christus pro solis predestinatis oravit ut salvarentur, igitur illis solis vel pro illis solis meruit salutem. Consequentia apparet, quia meritum Christi pro nobis vel fuit oratio vel non fuit sine oratione. Unde Appostolus ad Hebreos 5 de merito Christi loquens ait: *Qui in diebus carnis sue preces supplicationesque ad eum qui possit illum*
10 *salvum facere a morte cum clamore valido et lacrimis offerens exauditus est pro sua reverentia.* Et loquitur de oratione facta, ut dicit Glosa, pro redemptione generis humani. Et antecedens proba ex actoritate precedente, quia ibi ponitur *exauditus est*, et hoc non pro prescitis. Etiam quia numquam aliquid oravit pro aliquo quin obtineret. Etiam actoritate eius que scribitur Iohannis 17: *Pater ego pro eis rogo, non pro*
15 *mundo rogo, sed pro hiis quos dedisti michi quia tui sunt, et omnia tua mea sunt, et omnia mea tua sunt.* Quod quidem verbum potest exponi, ut dicit Glosa AUGUSTINI, non solum de appostolis, ymmo de omnibus fidelibus credituris in eum, et capitur ibi preteritum pro futuro.

20 Hec de primo.

Replicatio. Probatur consequentia, quia tam inconveniens est meritum alicuius persone frustrari quam eius orationem non exaudire, ymmo quia facta debent esse efficaciora quam verba.

Item non potest magis ratio dari quare aliquis actus meritorius
25 Christi fuisset pro prescitis quam de oratione, et omnis via qua sustinuistis unum sustineretur et reliquum.

Antecedens etiam ex alio, quia si non fuisset exauditus, vel iuste oravit vel iniuste. Iterum, sequitur quod eius oratio non fuit accepta Deo ex quo non exaudit.

30 Item si Deus orasset ut salvarentur, orasset ut predestinarentur. Et cur non fuit exauditus, cum hoc potuit nec fuit obex in illis? Et quare plus his quam pro illis, quia si pro istis orasset, fuissent tales, et alii tales. Quales ergo habentur contrarietates?

|| Prima replicatio. Quia negavit ultimam consequentiam accipiendo P1 164r

4 igitur etc.] pro isto secundo fac illud Deus Pater actum Christi pro solis predestinatis acceptavit igitur Christus pro illis solis meruit *add. in marg. P1*
11 ut dicit Glosa] *sup. lin. P1* 18 ut dicit Glosa Augustini] *sup. lin. P1*
21 replicatio] *in marg. P1* 24 dari] *sup. lin. P1* 34 prima replicatio] *sup. lin. P1*

mereri convenienter ad sufficientiam et efficaciam, concedendo antecedens primum de voluntate beneplaciti, primo confirmo meam consequentiam, deinde arguo contra suam distinctionem.

Et probó consequens sequi ex primo antecedente, gratia brevitatis.

5 Et probó istam: ‘Christus solos predestinatos’. Ostendo quod oppositum consequentis repugnet antecedenti vel ex ipsis* sequatur repugnantia. Et capio Sortem prescitum. Tunc per antecedens concessum, Christus voluntate beneplaciti vult Sortem non salvári, vel novult Sortem salvári, vel non vult Sortem salvári, cum efficaciter velit eum esse prescitum et
10 solum predestinatum vult efficaciter salvári; et tamen meretur Socratem salvári. Tunc, ex antecedente, igitur vult meritum suum non prodesse Sorti; igitur non intendit proficere Sorti nec mereri Sorti; igitur nec meretur nec facit aliquid pro Sorte.

Ex opposito consequentis arguitur sic: Christus meretur pro Sorte;
15 igitur vult mereri pro Sorte; igitur vult proficere Sorti; igitur sibi confert* salutem totum efficaciter; igitur illa repugnant.

Item, per oppositum consequentis: Christus Sorti meretur salutem vel salvári; igitur facit ad hoc ut Sortes salvetur vel ad istum finem ut Sortes salvetur; et per antecedens, oppositum finem proponit et intendit;
20 igitur contra propositum et intensionem suam.

Tertio, Christus meretur Sortem salvári; igitur iustum est et debitum et dignum Sortem salvári, alias Christus meretur iniustum et faceret ad iniustum; et per antecedens est iniustum, quia Deus hoc non vult; igitur est iustum et iniustum.

25 Secuuntur per modum inconvenientium quod Christus frustra agit, quod agit inordinate propter alium finem quia iniustum est, quod agit iniuste.

Item quod agit contra se, scilicet ad hoc ut Sortes sit predestinatus et non prescitus, quia ad hoc ut salvetur.

30 Hec autem falsa sunt, quare non videtur aliquo modo concedendum illud propositum.

Replicatio secunda, si discedatur.

Contra distinctionem illam de efficacia et sufficientia secuntur aliqua,

1–2 concedendo — beneplaciti] *sup. lin. P1* 5 predestinatos] predestiato *sed coní. P1* 7 Christus] Deus *a. c. P1* 11 tunc ex antecedente] *sup. lin. P1*
14 sic] Socrates *add. sed del. P1* 16 salutem] *p. c. P1* 17 oppositum]
igitur intendit salutem Sortis pro fine *add. in marg. P1* 23 iniustum²] *de add. sed del. P1* 26 propter — est] *sup. lin. P1* 28 agit] *ad add. sed del. P1*
se] impossibile fieri ab ipsa *add. sed del. P1* 32 replicatio secunda si discedatur]
in marg. P1

nam cum dicitis quod Christum satisfacere aut mereri contingit, aut
efficaciter et de facto quantum ad sufficientiam, aut de possibili?
Quomodo enim intelligitur Deum mereri quantum ad sufficientiam:
aut facere quod sufficit vel sufficiet, vel quod potest sufficere vel sufficere
5 si aliud poneretur?

Item quomodo intelligitur Deum mereri sufficienter pro Sorte prescito:
aut facere pro Sorte quod satis est, aut facere quod satis est vel satis
esset pro Sorte? Neutrum, ut posset ostendi, quia semper sequitur quod
non esset de facto meritum, sed posset vel foret, et similia, ut apparet
10 intuenti et consideranti.

Item, ad intellectum quem ipse ponit aut ponere habet, sequitur
quod secundo modo Deus meruit pro angelis dampnatis.

Item pro infinitis categorematicae, contra ipsum, ita quod beata Virgo
meruit pro toto humano genere.

15 Item ex primo membro sequitur quod non est sufficiens, quia
principium inefficax non est sufficiens.

Item quod magis inefficax et magis inutilis quam utilis actio meritoria
Christi.

Et multa alia possunt excogitari probabilia contra hoc et alia. Hec
20 sufficient.

Et non videtur quod possit dari bonus intellectus illius distinctionis
nisi accipiendo meritum minus large, et tunc oportet multum concedere
et non disputare.

Secunda ratio principalis: Christus satisfecit pro Adam. Vel ante eius
25 mortem, et tunc antequam esset Christus; vel post, et tunc vel manebatur
in peccato mortali vel Deus frustra agebat. Si vero dicatur quod virtute
passionis Adam satisfecit, tunc tempore medio vel antecedens fuit
contingens vel consequens necessarium. Si vero virtute fidei vel formata,
et illa est cum gratia, vel informis, et illa est mortua.

30 Item, toto tempore intermedio contingens fuit illam esse eveniet et
peccatum et Adam satisfecisse per orationem aut per passionem, que
implicant, quia neutrum illorum potest placere Deo.

|| Quare isti sunt presciti? Gratis, quia Deus sic voluit. Et si Christus
meruisset pro ipsis et voluisset eis passionem suam valere, ideo ipsi

P1 164v

2 aut] et sed conī. P1 8 ut] solum meritum efficax sufficiat igitur add.
in marg. P1 14 genere] vel add. sed del. P1 22-23 concedere et non
disputare] in marg. P1 24 secunda ratio principalis] in marg. P1 25 vel²]
alter* sed conī. P1 31 et] Christum add. sed del. P1 33 quare] quari sed
conī. P1

~~fuissent predestinati, ideo namque predestinati sunt predestinati quia libere Deus etc. Investigaris pro te.~~

Totum residuum quasi fundabatur in materia magistri GREGORII de causis prescientie et predestinationis. Conabar namque ostendere
5 quod, captis duobus, prescito et predestinato, hic salvatur quia Christus sibi igitur illic, alter non iustificatur quia Christus non meruit, quia si affirmatio est causa affirmationis, et negatio. Et etiam confirmatur, quia si Christus meruisset sibi tantum vel taliter quantum vel qualiter
10 meruit ipsi predestinato, utique salvaretur sicut alter. Sed non salvatur, ergo non meruit, vel non tantum vel non tale, et tunc insufficienter, quia mereri modo quo isti meruit est sufficiens et misericordia non sufficit, igitur etc.

Confirmatur, quia si meruit sibi inspirationem divinam que preedit omne bonum nostrum, tunc illam meruit efficaciter, quia peccator non
15 impedit illam, saltem non omnis, ymmo multi non iustificantur quia illam non habent, nec est in potestate etc. unde non est voluntatis etc. Et etiam sine conditione; sed illam non habet; ergo non meruit sibi illam, nec per consequens iustificationem nec salutem. Etiam apparet de puero qui non baptisatur, quia non portatur ad baptismum, quia non
20 meruit sibi Christus ut portetur, quia non erat salvandus. Etiam valebat arguere quia Christus nichil fecit ad hoc ut Sor prescius salvaretur, quia aliquando aliqua omisit facere ut presciti salvarentur. Apparet de parabolis ne Iudei intelligerent et convertentur. Apparet etiam de virtutibus que non fuerunt facte Tyro et Sydona et similia. Nec est
25 dubium secundum illam viam, et est Apostoli ad Romanos 9, et apparet quia expresse dicit quod Deus fecit aliquos ut dampnarentur, scilicet vasa ire in contumeliam, ut apparet ibidem.

15 iustificatur] iustificatur *sed con. P1*

18 salutem] saltem *sed con. P1*